



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Metaphora.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

312
gnouistis, iudicium per ipsius vitia constitutam. Nam dū opus est, parentes appellat, quos scitis non ignotos fuisse, sed huiusmodi, vt omnes hos execrarentur. Sed hic bonus vir grandis natu, atque fero, fero loquor: imō verō nuper, atque his paucis diebus simul & Atheniensis, & eloquens est factus. Item. At hic omnium sceleratissimus, nouo more, atque exemplo alieni facinoris vindex, ipse confidentissimē, non criminibus, sed armis tecum facessere conatus: conatus nimium remissē loquor: Nam qui tantam eadem perfecit, huiusmodi incepti duntaxat arguere, penē malefici largitionem est facere. Congruit cum epauortholi, & aphorismo.

Metaphora.

Ad vnum verbum contracta similitudo. Definitur à D. Augustino, lib. contra mendaciū, ca. 10. de re propria ad non propriam vt: bi aliquid vsurpata translatio.

quil. p. 16

Metastasis.

Metastasin, transmotionem quidam inter figuras nominant, cum rem a nobis aliō transmouemus, non ita vt ibi causam constituamus, alioquin iam non figura erit, sed species quædam eius status, quem qualitatis, aut ex accidenti appellat, secundum Hermagorum. Cæterum alibi in parte aliqua orationis, sententiam hoc modo figuramus: quale est apud Demosthenem; in iūto defensionis pro Cresiphonte: Cum bellum, inquit, rhocense constatum esset: non per me, nondum enim ego ad remp. accesseram.

Tale & aliud pro Cornelio videri potest de erario:

Refertum, inquit, tribunitijs legibus, exhaustum à quibus sit, ipsi sciunt.

Metastasis est, vel metabasis, cum a loquentis persona ad personam transitum facimus, ratione aliqua, vel defectu, vt:

Non hæc Euandro de se promissa parenti

Discedens dederam. Deinde;

Et nunc ille quidam spe multum captus inani,

Fors, & vota facit.

Deinde;

Infelix, funus nati crudela videbis.

Hæc nostri radicus, expectantique triumpho:

Hæc mea u. n. a. na fides: at non Euandro pudendum

Vulporibus pulsum aspicies.

Hæc figura dicitur variatio, aut transitus. Vide in Merabasi.

Metabasis.

Est, cum quod antè dictum est, postponitur, & quod post dictum est: antepositur, vt:

Erpa vt perdas, perdis vt eripias.

Conuenit cum diallelo, commutatione, & anaclasi superius dictis.

Metonymia.

Nominis pro nomine positio, adiuuentor pro re inuenta, possessa pro possessoribus, & contra contenta pro continentibus, effecta pro efficientibus referuntur.

Metonymia.

Coniunctio cum interpositione verbi, & superiores orationis partes comprehenduntur, & inferiores hoc modo: formæ dignitas, aut morbo deflorescit, aut vetustate.

Mimesis.

Morum, affectuumque imitatio, in Ethologia, & Ethopia.

Mysterismus.

Arrisio, ἀπό τῆς μύτης, à naso, qui est irrisionis symbolum. Vnde Horat.

— naso sustinet aduoco.

Necessitas.

Ἄδυν, cum factum aliquod in suas causas, vt naturam, leges, mores, vel etiam fatum refunditur, vt:

Sed misera Deum, &c.

Noema.

Noëma intellectu, dicitur sententia, quæ obsecute vult intelligi, quod non dicit, vt in cum, quem sapius à ludo redemerat soror, agentem cum ea talionis, quod ei pollicem dormienti rescidisset. Erat dignus, vt haberes integram manum. Sic enim auditur, vt depugnare. Fab. lib. 8.

Occupatio in Paralepsi.

Omosicon.

Schema, quod per iurandum effertur, vt οὐρανός ἐν μαρτυρίῳ τῶν ἀνδρῶν ἀποστατός. Demosth. pro Corona: Obseruat. Dion. Long. in li. de sublimi eloquentia.

Onomatopœia.

Nominis fictio, vt, Syllatur, Syllam imitatur. Hæc nominatio 4. ad Herenn.

Oxymoron.

Sen contentio, figura ex periculo petita, acq̄ ira affectatē, & acutē enuntiata, vt ad infantia accedere videtur, vt ait Quintilianus, vt, inupta nuptia, impia pietas.

Palus.